

**OBRZĘDY
BŁOGOSŁAWIENIA CHORYCH WEDŁUG
POTRYDENCKICH RYTUAŁÓW POLSKICH
(1631-1964)**

**WYDAŁ
KS. ZBIGNIEW WIT**

**Badania zrealizowano w ramach projektu badawczego nr 1-0428-91-01
finansowanego w latach 1991-1994 przez KBN**

LUBLIN 1993

Rytuály potrydenckie wydane dla dawnych diecezji polskich w latach 1631—1964 pozostaj nadal ródle do bada nad yciem liturgicznym na ziemiach dawnej Rzeczypospolitej. S one przedrukami pierwszej edycji, jej skrotami, a czsto byway rozszerzone o tradycje lokalne i obredy aprobowane w latach nastepnych¹. Wród wielu problemw czekajcych na opracowanie jest liturgiczna troska o czowieka w jego wielorakich sytuacjach yciowych, gdy dotychczasowy dorobek w tym zakresie naley do nielicznych². Odrebnym zagadnieniem, ktore ma uzasadnienie w rytuaach, s specjalne bogsawiestwa jakich udzielano ludziom zoonym niemoc. W niniejszym opracowaniu zajmniemy si bogsawiestwami osb, a przede wszystkich tymi jakich udzielano ludziom chorym fizycznie. Pominite natomiast zostan benedykcje przeznaczone dla ludzi zdrowych, jak „Benedictio infantis”, czy „Benedictio mulieris post partum”. Przedstawione za bed obredy zwiazane z konkretn chorob, jak „Remedium contra febres ex S. Ambrosio”, czy „Benedictio mulieris pregnantis ubi matris aut infantis vita periclitatur”, a take te wszystkie zawierajce sformuowania dnosce si do chorych, jak „De impositione manuum sacerdotis super aegros”.

W niniejszym opracowaniu ograniczymy si do cytowania pierwszego sowa, „Rituale”³, z dugiego tytuu ksig liturgicznych, a pominite zostan pozostae. Zamiecimy take miejsce i rok wydania, lub gdy chodzi o diecezj warminsk przeznaczenia tej ksigi, co bedzie wyrażao sowo „Warmia”, gdy rozne miejsca wydania ksig dla tej diecezji mogby czytelnika wprowadzi w bd co do ich przeznaczenia. Diecezja wrocawska wydaa za specjalne „Manuale”⁴, dlatego uywuc bedziemy tego okreslenia. Natomiast cytowanie edycji ksig liturgicznych przeznaczone wyacznie dla chorych ograniczone zostanie do skrotu „Vade

¹ Por. W. Wrona, *Dzieje rytuau piotrkowskiego*. „Polonia Sacra” 4:1951 s. 341—379; Z. Wit, *Teksty benedykcji rzeczy dla chorych potrydenckich rytuaach polskich*, ABMK T. 61:1992 s. 83—100.

² Por. Z. Wit, *wici wspomozyciele chorych wedug potrydenckich rytuaw polskich*, „Roczniki Teologiczne” 38/39 (1991/92) z. 6 s. 221—241.

³ Chodzi tutaj o: *Rituale sacramentorum ac aliarum Ecclesiae caeremoniarum. Ex decreto Synodi Provinc. Petricoviens. uniformem Ecclesiarum Regni Polon. usum recens editum*. Cracoviae. Officina Andreae Petricovii S. R. M. typogr. Anno Domini, MDCXXXI. Nastepne wydania powoujc si na nie dodaj najczeciej „ex decreto Synodi Provincialis Petricoviensis depromptum”.

⁴ *Manuale Ritualis Wratislaviensis*. Edidit Josephus Lips Celsissimi Domini Melchioris. Principis Episcopi Wratislaviensis P. T. Secretarius nec non Choriviciarius Eccl. Cathedr. Ratisbonensis. Cum approbatione Celsissimi D. Princ. Episcop. Wratislav. Wratislaviae. In Cancellaria Episcopali MDDXLVII.

mecum” z podaniem miejsca i roku wydania⁵. Odrębna edycja „Libellus” stanowi skrót księgi pochodzenia franciszkańskiego przeznaczonej do posługi chorym⁶.

W czasie prezentowania obrzędów podane zostaną zarówno ceremonie i pełne brzmienie wersetów wraz z modlitwami wchodzącymi w skład tych benedykcji. Czynić to będziemy bez względu na to, czy dane źródło posiadało aprobatę władzy kościelnej, czy też spotkało się z jej dezaprobatą⁷. Natomiast przy powtórnym cytowaniu ograniczymy się do incipitów, a zaznaczać będziemy zachodzące różnice.

Benedictiones super infirmum

Sacerdos stola indutus devote pronuntiet sequentes Benedictiones infirmum: maxime quando jam incipit agonizare: quia repellunt Diabolum, et refovent afflictam animam. Possunt etiam hae Benedictiones dici super maleficiosos aut quoscunque debiles, imo etiam super sanos, si petierent benedicti.

Qui Verbum Caro factum est, et habitavit in nobis, nascens ex Maria Virgine: Ille per viscera misericordiae suae, in quibus visitavit nos oriens ex alto: et per merita atque intercessionem ejusdem Beatissimae Virginis Mariae Matris tuae, nec non et per gloriosa merita Sanctorum Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, omniumque Sanctorum, quorum Nomina et intercessionem super te invoco. Ille inquam per efficaciam sacratissimae benedictionis hujus dignetur te liberare ab omni malo, confortare in omni bono, et per felicem mortem perducere ad vitam aeternam. Amen.

Aspergatur aqua benedicta in modum crucis.

Benedicat te Deus Pater, qui te creavit in carne: Benedicat te Deus Filius, qui te redemit in Cruce: Benedicat te Deus Spiritus S. qui te sanctificavit in Baptismo: Benedicat te Sancta et individua Trinitas, cum omni sua efficacia: Benedicat te Beatissima Virgo Maria, benedictione sua Materna: Benedicant te omnes Sancti

⁵ Por. *Vade mecum ad infirmos*. Varsaviae ad S. Crucem 1824.

⁶ *Libellus benedictionum et exorcismorum, collectore R.P. Martino Cochem, capucino. Ex Rituali Romano, Agenda Moguntinensi, aliisque probatis et approbatis Autoribus. Ad commodiorem usum adjectum est Rituale Franciscan. Fr. Bernardi Sannig, Ord. S. Francisci Reform. diu et vehementer hactenus desideratum. Omnia ad praxin et ordinem tam Ecclesiasticorum quam Regularum Sacerdotum. Manuali forma editum. Thorunii. Ex Officina Joh. Christ. Laureri MDCXCI.*

⁷ Należy tutaj niewątpliwie cytowany wyżej *Libellus benedictionum et exorcismorum* Marcina z Cochem, kapucyna, posiadający także następne reedycje w latach 1695, 1700. Księga ta musiała cieszyć się dużym powodzeniem, skoro jeszcze w roku 1752 synod żmudzki, a w 1641 r. synod lwowski zakazywały posługiwania się nią. Por. Wrona, dz. cyt. s. 363—364.

et Sanctae Dei, benedictione Coelesti et efficacissima. Et ego Sacerdos Dei, benedico te in Nomine Sanctae Matris Ecclesiae, juxta potestatem ab ea mihi traditam. Atque hae benedictiones sint, et permaneant in corpore tuo, et corde tuo, et in anima tua, et in spiritu tuo, et in morte tua. Ne accedere ad te audeat maledictus ille spiritus: sed virtute harum benedictionum fugiat procul a te, territus signo S. Crucis Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patre, et Spiritu S. vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Iterum aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Dei Patris, et omnium Angelorum sit super te. Benedictio Dei Filii, et omnium Apostolorum sit super te. Benedictio Spiritus Sancti, et omnium Coelestium virtutum sit super te. Benedictio Beatissimae Virginis Mariae, et omnium Sanctorum sit super te. Benedictio omnium Sacerdotum atq; fidelium sit super te. Quae te ab hoste maligno defendant, in omnibus tentationibus confortent, et ab omnibus corporis et animae malis praeservent. Amen.

Sanet te Deus Pater, qui te creavit in carne. Sanet te Deus Filius, qui te redemit in Cruce. Sanet te Spiritus S. qui te sanctificavit in Baptismo. Sanet te Beatissima Trinitas virtute sua Deifica, et per omnium Sanctorum suorum merita. Ut corpore et anima pariter sanatus laudes Divinam Omnipotentiam. Et enarres omnia sua mirabilia. Amen.

Aspergat cum aqua benedicta. Et postea imponat manum super caput ejus dicens: Super aegros manus imponent, etc. ut infra pag. 286⁸.

Super aegros manus imponent, et bene habebunt. Jesus Mariae Filius, mundi salus et Dominus, meritis omnium SS. suorum sit tibi clemens et propitius. Amen.

V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Deus, qui Discipulis tuis dedisti potestatem super aegros manus imponendi, ut bene habeant; da quesumus, ut quod vita nostra non meretur, id nobis virtute ordinis Sacerdotalis, et meritis ac precibus Beati N. omniumque Sanctorum concedatur; quo per impositionem manuum nostrarum hic Famulus tuus ab omni infirmitate mentis, et corporis liberetur, et post hanc vitam gaudia aeterna consequatur. Per Christum etc.

⁸ Rubryka odsyła wprawdzie w tym miejscu do obrzędu *De impositione manuum sacerdotis* i trudno rozstrzygnąć, czy kapłan dodawał tylko tę jedną modlitwę, czy cały obrzęd, jak zrobiono to w tym zestawieniu.

Oremus. Deus humani generis benignissime conditor, et misericordissime reformator, qui nos servos tuos non nostris meritis, sed sola dignitatione misericordiae tuae, ad Sacerdotale Officium vocare dignatus es: da fiduciam tui muneris exequendi, et ipse in nostro ministerio, quod tuae est potestatis: operare, atque intervenientibus precibus, et meritis Beati N. omniumque SS. tuorum concede propitius, ut hic famulus tuus in infirmitate corporis constitutus, per tuam benedictionem, manuumque nostrarum impositionem ab eadem citius liberetur: et peccatorum suorum remissione percepta, integra mentis, et corporis sanitate laetetur. Per Christum Dominum etc.

Oremus. Deus, qui in Filii tui humilitate jacentem mundum erexisti: Deus, qui miserabiliter lapsos, et variis peccatis irretitos Sacerdotum ministerio mundari praecepisti: Deus, qui per manus tuae impositionem animarum, et corporum morbos fugasti, idemque opus a Discipulis tuis eorumque successoribus fieri voluisti: exaudi preces nostras pro hoc famulo tuo infirmitate corporis gravato, et manum pietatis tuae manibus nostris suppone, ut per hanc manus impositionem, te operante, et suffragantibus meritis, et precibus gloriosissimi servi tui Beati N. omniumque sanctorum descendat super eum Coelestis benedictio, gratiaque Spiritus Sancti; ut omnibus venenosis nocementis, universisque infirmitatibus, et periculis animae, et corporis liberetur. Per eundem Dominum nostrum etc.

Sanet te Dominus noster Jesus Christus, intercedat pro te Beatissima Virgo Maria; orent pro te omnes Sancti Beatorumque Spirituum Ordines: interveniant pro te omnes Sancti et Sanctae Dei, ut plenam et perfectam sanitatem consequaris: In Nomine Pat + ris etc.

Det ei stolam osculandam, et addat.

Benedicat tibi Dominus + et custodiat te, ostendat Dominus faciem suam tibi, et misereatur tui: convertat Dominus vultum suum ad te, et det tibi pacem. Et benedictio Dei omnipotentis Pa + tris, et Fi + lii, et Spiritus + Sancti, descendat super te, et maneat semper tecum.

Aspergat eum aqua benedicta.

Demum benedicat ei panem et vinum, dicatque infirmo vel maledicto, ut per dies novem aliquid de pane benedicto jejunos comedat, et vino bibat singulesque novem diebus quinque Pater noster et Ave Maria oret, detque pauperibus eleemosynam: sicut habet Rituale Roman. Antverp. impressum. Benedicta quoque ei Thus, (ut sequitur,) jubeatque indies aliquid cremare in sua camera. Poterit et herbas benedicere, quas maleficiatus supponat noctu capiti suo. Quia haec omnia magnam habent efficaciam contra daemones⁹.

⁹ *Libellus infirmorum*, Toruń 1691 s. 270—273. Podają ten obrzęd także: *Rituale*, Kalisz 1744 s. 156—161; *Rituale* Kalisz 1752 s. 156—161; *Rituale*, Kalisz 1756 s. 149—154; *Rituale*, Sandomierz 1757 s. 143—149; *Rituale*, Sandomierz 1757 s. 143—149; *Rituale*, Kalisz 1772

Benedictio infirmi

In ingressu cubiculi dicatur: Pax huic Domini etc.

Postea cubiculum et lectum aspergat aqua benedicta dicens antiph.: Asperges me Domine. Deinde Psal. Miserere mei Deus etc. Gloria Patri etc. Repetatur Asperges me etc.

V. Adjutorium nostrum etc. V. Dominus vobiscum etc.

Oremus. Exaudi nos Domine S. Pater omnipotens eterne Deus, et mittere digneris S. Angelum tuum de coelis, qui custodiat, foveat, protegat, vifitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Secundum temporis opportunitatem dicat sacerdos flexis genibus vel Litanias Beatiss., vel Nominis Jesu, vel Passionis Christi, vel omnes successive, quas sume ex libro aut Diurnali vel Psal. Miserere, vel De profundis, vel Qui habitat in adiutorium altissimi etc.

V. Dominus vobiscum etc.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Lucam. R. Gloria tibi Domine.

In illo tempore, surgens Jesus de synagoga introivit in domum Simonis: socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, et rogaverunt illum pro ea, et stans super illam imperavit feбри, et dimisit illam, et continuo surgens ministrabat illis. Cum sol autem occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad Jesum. At ille singulis manus imponens (*imponat manuum*) curabat eos.

Postea subiungat.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

V. Salvum fac servum tuum. R. Deus meus sperantem in Te.

V. Mitte ei Domine auxilium de Sancto. R. Et de Sion tuere eum.

V. Nihil proficiat inimicus in eo. R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Esto ei Domine turris fortitudinis. R. A facie inimici.

V. Dominus opem ferat illi. R. Super lectum doloris eius.

V. Domine exaudi etc. V. Dominus vobiscum etc.

Oremus. Exaudi quaesumus Domine supplicum preces et confitentium Tibi parce peccatis, ut pariter nobis indulgentiam tribuas, benignus et pacem.

Ineffabilem nobis Domine misericordiam Tuam clementer ostende, ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a poenis, quas pro his meremur, eripias.

Omnipotens sempiternus Deus infirmitatem famuli tui propitius respice, atque ad eum protegendum, dexteram Tuae majestatis extende.

Deus infirmitatis humanae singularae praesidium, auxilii Tui, super infirmum famulum tuum ostende virtutem: ut ope misericordiae Tuae adiutus, Ecclesiae tuae sanctae incolumnis representari mereatur.

Concede hunc famulum tuum quaesumus Domine Deus perpetua mentis, et corporis sanitate, gaudere, et gloriosa B. Mariae semper Virginis intercessione, a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfrui laetitia. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde imponat dexteram super caput infirmi, et dicat:

Super aegros manus imponet et bene habebunt. Jesus Mariae Filius, mundi salus et Dominus, meritis et intercessione B. M. Virginis, SS. Apostolorum Petri et Pauli, B. P. Francisci atque Advocatorum tuorum, et omnium Sanctorum sit tibi clemens et propitius. Amen.

Pollice dextro signet ejus frontem, et dicat¹⁰:

Per signum Sanctae Crucis + per signum S. Spiritus, det tibi Deus sanitatem mentis et corporis. Amen.

Dominus Jesus Christus apud te sit, ut te defendat: intra te sit, ut te conservet; ante te sit, ut te deducat; post te sit, ut te custodiat; super te sit, ut te benedicat; Qui cum Patre et Spiritu Sancto, in unitate vivit et regnat.

Denuo aspergat aqua dicens.

Benedictio + Dei Patris omnipotentis et Filii et Spiritus S. descendat super te et maneat semper. Amen¹¹.

Benedictio infirmorum

Sacerdos intrans domum infirmi, aqua benedicta aspergat eum, dicens:

V. Pax huic etc.; V. Adjutorium nostrum etc.; V. Domine exaudi etc.; V. Dominus vobiscum etc.

Introeat quaesumus Domine Jesu Christe, domum hanc sub nostrae humilitatis ingressu aeterna felicitas, divina prosperitas serena laetitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna; effugiat ex hoc loco accessus daemonum: adsint angeli pacis domumque hanc deserat effugata discordia. Magnifica super nos nomen sanctum tuum. Bene + dic conversationi nostrae, sancti + fica humiliitatis nostrae ingressum, qui sanctus et pius es et permanens cum Patre et Spiritu Sancto in saecula saeculorum. Amen.

Psalmus 129. De profundis clamavi ad te Domine etc.

V. Dominus vobiscum etc.

V. Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. R. Gloria tibi Domine.

¹⁰ Rytuał poznański z roku 1757 polecał odczytać teraz prolog Ewangelii św. Jana. „Dicatur Evangelium: In principio erat verbum etc.” *Rituale*, Poznań 1757 s. 265.

¹¹ *Rituale*, Poznań 1757 s. 264—266; *Rituale*, Lwów 1771 s. CXXIV—CXXIX.

In illo tempore surgens Jesus de synagoga introivit in domum Simonis [...] At ille singulis manus imponens curabat eos. R. Laus tibi Christe¹².

Kyrie eleison! Christe eleison! Kyrie eleison! Pater noster etc. V. Et ne nos inducas etc.

V. Miserere hujus, Domine, quoniam infirmus (ma) est. R. Sana eum (eam) Domine, quoniam conturbata sunt ossa ejus.

V. Salvum (am) fac servum tuum (ancillam tuam) Domine! R. Deus meus, sperantem in te.

V. Ego dixi: Domine miserere ejus. R. Sana animam ejus, quia peccavi tibi.

V. Domine exaudi etc. V. Dominus vobiscum etc.

Oremus. Respice, Domine, famulum tuum (vel famulam tuam) in infirmitate corporis laborantem, et animam refove quam creasti: ut castigationibus emendatus (vel emendata), continuo se sentiat tua miseratione salvatum (vel salvatam). Per Christum. Amen.

Postea imponat manuum super caput infirmi, dicens:

Super aegros manus imponet [...] propitius. Amen.

Dominus Jesus Christus apud te sit [...] in saecula saeculorum. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis, Patris +, et Filii + et Spiritus + sancti etc.

Si plures sint infirmi, dicantur omnia numero plurali. Postea aspergantur aqua benedicta¹³.

Modus legendi super infirmos parvulos vel adultos

Sacerdos superpelliceo et stola indutus accensis candelis in altari, ad infirmum se convertens dicit:

V. Adjutorium nostrum etc. V. Dominus vobiscum etc.

Oremus. Clementissime Deus, qui secundum multitudinem sapientiae et misericordiae tuae quos diligis castigas, et flagellas omnem filium quem recipis: te suppliciter exoramus, ut huic famulo tuo N. qui membrorum debilitatem et dolorem patitur, gratiam conferre digneris, ut quidquid ab eo humana fragilitate peccatum est ignoscere; et quidquid diabolica pravitate corruptum est, purgare, restituere et sanare digneris: nocumento omni ac dolore sublato, cunctisque malignorum spirituum pestiferis machinantibus procul depulsis. Per Christum Dominum nostrum.

Lectio Jeremiae Prophetae. Si iniquitates nostrae responderint nobis [...] ne derelinquas nos Domine Deus noster. R. Deo gratias¹⁴.

¹² Jest to opis uzdrowienia matki żony św. Piotra z ewangelii św. Łukasza 4,38—40.

¹³ *Manuale ritualis*, Wrocław 1848 s. 199—202.

¹⁴ Jest to fragment księgi proroka Jeremiasza 14,7—9, mówiący, że Bóg nie tylko odpuszcza grzechy, ale również nieustannie opiekuje się swoim ludem.

1. Psal. Deus in nomine tuo salvum me fac cum Gloria Patri¹⁵.
Deinde sacerdos signans infirmum in fronte, ore etc. Legat evangelium ex fol: 125 et in fine det librum osculandum, dicendo:
 Per evagelica dicta extinguantur in te omnia diabolica facta, *et aspergat aqua benedicta*¹⁶.
2. Psal. Deus in furore tuo cum Gloria Patri etc¹⁷.
 V. Dominus vobiscum etc. Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum etc. In illo tempore dixit Jesus discipulis suis: euntes in mundum universum [...]. Super aegros manus imponent, (*Imponat singulis manum*) et bene habebunt. R. Laus tibi Christe¹⁸.
Det ei librum osculandum dicens:
 Evangelia lectio sit tibi salus et protectio. *Aspergat* .
3. Psal. Levavi oculos meos cum Gloria Patri¹⁹. *Deinde:* Dominus vobiscum etc. Initium sancti Evangelii secundum Joannem etc. *Diciturque Evang.* In principio erat Verbum etc.²⁰.
In fine det librum osculandum dicens:
 Verba S. Evangelii sint disipatio omnis maligni consilii. *Et aspergat.*
Postea dicit:
 Oremus. Deus infirmitatis [...] representari mereatur.
 Concede hunc famulum tuum [...] et aeterna perfrui laetitia. Per Christum Dominum nostrum. Amen.
Deinde imponat dexteram suam super caput infirmi et dicat:
 Super aegros manus imponent [...] sit tibi clemens et propitius et retituat tibi pristinae sanitati. Amen.
 V. Domine exaudi etc. V. Dominus vobiscum etc.
 Oremus. Deus qui discipulis tuis dedisti potestatem [...] gaudia aeterna consequatur. Per Christum etc.
 Oremus. Deus humani generis [...] sanitate laetetur. Per Christum etc.
 Oremus. Deus qui in Filii tui humilitate [...] corporis liberetur. Per eundem Dominum etc.
Seqq. verba dicat tarde et nervose.
 Sanet te Dominus noster Jesus [...] in nomine Patris + etc.
Det ei stolam osculandam, et addat:
 Qui verbum caro factum est [...] ad vitam aeternam. Amen.
Aspergatur dicendo: Benedictio etc.²¹.

¹⁵ Jest to Psalm 53 (54).

¹⁶ Jest to opis uzdrowienia matki żony św. Piotra według Ewangelii św. Łukasza 4,38—40.

¹⁷ Jest to Psalm 37 (38).

¹⁸ Fragment Ewangelii św. Marka 16,15—18 o rozesłaniu Apostołów. Mówi on również, że apostołowie w imię Chrystusa Pana będą wypędzać złe duchy oraz uzdrawiać chorych.

¹⁹ Jest to Psalm 24 (25) wyrażający prośbę o opiekę i przebaczenie.

²⁰ Prolog Ewangelii św. Jana 1,1—18.

²¹ *Rituale*, Lwów 1771 s. CXXXVI—CXLIV.

Benedictio S. Vincentii danda infirmo²².

V. Adjutorium nostrum etc. V. Dominus vobiscum etc.

Sacerdos utremque manum super caput infirmi imponet.

Oremus. Super aegros manus imponent et bene habebunt. Jesus, Mariae Filius, mundi salus, et Dominus qui te traxit ad fidem catholicam, te in ea conservet et beatum faciet et merita B.V. Mariae et B. Vincentii et omnium sanctorum te ab hac infirmitate liberare dignetur.

Post ea dicit: Initium S. Evangelii secundum Joannem. Pars II pag. 16²³.

Post ea subiungit dicens.

Dominus Jesus Christus apud te sit [...] ut te bene + dicat. Qui cum Patre et Spiritu Sancto etc.

Benedictio Dei omnipotentis etc.

Aspergat infirmum aqua benedicta.

Solemnis benedictio aegrotum

1. *Ubi plures aegrotantes in ecclesiam vel sanctuarium conveniunt ut sacro intersint, ipsi rite disponuntur, ut videre et audire valeant omnia quae aguntur, et ut sacerdos transiens singulis manum imponere possit.*

Aspersio aegrotorum.

2. *Celebrans indutus superpelliceo (vel alba si adsint ministri sacri) stola et pluviali coloris convenientis cum (ministris paratis et) ministrantibus accedit ad altare vel locum congruum, et genuflexus in infirmo gradu intonat Antiphonam Asperges me, quae cantatur cum suo psalmo.*

Asperges me, Domine etc. Pokrop mnie, Panie, hizopem, a stanę się czysty: obmyj mnie, a nad śnieg wybieleję. Ps. 50,3 Zmiłuj się nade mną, Boże, w miłosierdziu Swoim. Chwała Ojcu i Synowi i Duchowi Świętemu. Jak była na początku, teraz i zawsze i na wieki wieków. Amen.

Et reppetitur Antiphona: Asperges me. Pokrop mnie.

3. *Repetitat Antiphona, celebrans ad aegrotos conversus cantat omnibus respondentibus:*

V. Wspomożenie nasze + w imieniu Pana. R. Który stworzył niebo i ziemię.

V. Panie wysłuchaj modlitwę moją. R. A wołanie moje niech do Ciebie przyjdzie.

V. Pan z wami. R. I z duchem twoim.

²² Jest to dopisek w egzemplarzu Biblioteki Jagiellońskiej sygn. 258913 II, dokonany ręką XVIII w. w drugiej części rytuału wrocławskiego z 1775 r. *Rituale pars II*, Wrocław 1775 s. 10.

²³ Jest to fragment prologu Ewangelii św. Jana 1,1–13.

Módlmy się. Wejrzyj, prosimy Cię, Panie, na sługi Swoje osłabione przez chorobę ciała i pokrzep dusze, które stworzyłeś, aby ci chorzy, ciężkim doświadczeniem oczyszczeni, Tobie przypisywali swoje wyzdrowienie. Przez Chrystusa Pana naszego.

R. Amen.

Lectio evangelii.

4. *Deinde legatur a diacono, vel alio, congrua lectio evangelica ex designatis in Ordine visitationis infirmorum, quam sacerdos in brevi homilia explicet, nisi habeatur Missa pro infirmis cum homilia.*

Impositio manus.

5. *Post homiliam cantetur aliquis psalmus, Litaniae vel canticum. Interim celebrans aliis sacerdotibus si opus sit adiuvantibus ad singulos aegros accedit, et imponens manum dextram eorum capiti dicit:*

Niech Bóg okaże ci łaskę i miłosierdzie.

Infirmus respondet: Amen.

Oratio communis.

Reversusu in locum priorem celebrans genuflexus dicit omnibus respondentibus:

Kłęknijmy i módlmy się.

V. Kyrie, elejson. R. Chryste, elejson. Kyrie, elejson.

V. Abyś naszych chorych nawiedzić i umocnić raczył.

R. Ciebie prosimy, wysłuchaj nas, Panie²⁴.

V. Abyś ich życiem i zdrowiem obdarzyć raczył.

V. Abyś ich do zbawienia przyprowadzić raczył.

V. Baranku Boży, który gładzisz grzechy świata, R. Przepuść nam Panie.

V. Baranku Boży itd. R. Wysłuchaj nas, Panie.

V. Baranku Boży itd. R. Zmiłuj się nad nami.

Módlmy się, Prosimy Cię, Panie Boże, dozwól, aby ci słudzy Twój cieszyli się trwałym zdrowiem duszy i ciała, a za przyczyną Najświętszej Maryi Panny, zawsze Dziewicy, racz ich uwolnić od doczesnych utrapień i obdarzyć wieczną radością. Przez Chrystusa Pana naszego. R. Amen.

Si autem contingat plures adesse infantes aegrotantes, addat:

Módlmy się. Boże, dla Ciebie wszystko dorasta, a dorósłszy, od Ciebie otrzymuje moc; wyciągnij Swą prawicę nad tymi sługami Twoimi, którzy w zaraniu życia chorują. Niech, odzyskawszy zdrowie i siły, dojdą do pełni lat i po wszystkie dni życia swojego niech z wdzięcznością wiernie Ci służą. Przez Chrystusa Pana naszego. R. Amen.

Benedictio.

²⁴ Wszystkie wezwania miały wspólną aklamację.

7. *Postremo celebrans ad aegrotos conversus solemniter benedicit, extendens dexteram manum versus eos et dicens:*

Na chorych będą kłaść ręce, a wyzdrowieją. Jezus, Syn Maryi, Pan i Zbawiciel świata, przez zasługi i wstawiennictwo świętych Apostołów Swoich Piotra i Pawła oraz wszystkich Świętych niech wam okaże łaskę i miłosierdzie. R. Amen.

8. *Postea benedicens infirmos subiungit dicens:*

Błogosławieństwo Boga wszechmogącego, Ojca i Syna + i Ducha Świętego niechaj zstąpi na was i pozostanie na zawsze.

R. Amen²⁵.

Benedictio adulti aegrotantis

Sacerdos cubiculum aegrotantis ingrediens dicat: ²⁶

V. Pax huic etc.

Et continuo ad infirmum accedens subjungat:

V. Adjutorium nostrum etc. V. Domine exaudi etc. V. Dominus vobiscum etc.

Oremus. Introeat, Domine Jesu Christe, domum hanc ad nostrae humilitatis ingressum pax et misericordia tua: effugiat ex hoc loco omnis nequitia daemonum, adsint Angeli pacis, domumque hanc deserat omnis maligna discordia. Magnifica, Domine, super nos nomen sanctum tuum: et benedic nostrae conversationi: Qui sanctus et pius es, et permanes cum Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum. R. Amen.

Oremus. Respice, Domine, famulum tuum [...] tua miseratione salvatum. Per Christum etc. R. Amen.

Oremus. Misericors Domine, fidelium consolator, quaesumus immensam pietatem tuam, ut ad introitum humilitatis nostrae hunc famulum tuum (vel hanc famulam tuam) super lectum doloris sui iacentem, visitare digneris, sicut socrum Simonis visitasti: propitius adesto ei, Domine, quatenus pristina sanitate recepta, gratiarum tibi, in ecclesia tua, referat actiones: Qui vivis et regnas etc. R. Amen.

Deinde, extendens dexteram versus caput aegroti, dicat:

Dominus Jesus Christus apud te + sit [...] te benedicat. Qui cum Patre et Spiritu etc. R. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis etc. R. Amen.

*Denum aspergat infirmum aqua benedicta*²⁷.

²⁵ *De cura infirmorum*, Katowice 1964 s. 42—46.

²⁶ „Sacerdos indutus superpelliceo et stola albi coloris, infirmi cubiculum ingressus, dicat”. *Collectio*, Katowice 1963 s. 247; *De cura infirmorum*. Katowice 1964 s. 37.

²⁷ *Rituale*, Warmia 1873 s. 281—282; Por. *Rituale*, Kraków 1892 s. 680—681; *Rituale*, Wilno 1903 s. 290—291; *Rituale*, Katowice 1927 s. 810—811; *Collectio*, Katowice 1963

De impositione manuum sacerdotis²⁸

Non pigeat sacerdotem imponere manus super aegros; quoniam saepe propter ejus negligentiam et repulsam vadit rudis populus ad veneficia et sagas. [...] Sacerdos facta contritione et intentione ad formam et ritum Sanctae Romanae Ecclesiae, in meritis et virtute Apostolorum et aliorum Sanctorum cum plena fide, fiducia et devotione easdem proferat²⁹.

Ponatur extremitas stolae super caput infirmi, et sacerdos ponat dexteram suam super stolam, dicens:

Super aegros manus imponet etc.

V. Adjutorium nostrum etc. V. Dominus vobiscum etc.

Oremus. Domine Jesu Christe, qui parvulos tibi oblatos, et ad te venientes complexabar, manusque super illos imponens benedicebas, atque dicebas; sinite parvulos venire ad me, et nolite prohibere illos; talium est enim regnum caelorum, et Angeli eorum semper vident faciem Patris mei: respice, quaesumus, ad pueri (vel puerorum et puellarum praesentium) innocentiam et ad suorum Parentum devotionem, et clementer eos per ministerium meum benedic, ut in tua gratia et tua misericordia semper proficiant, te diligant, te timeant, et ad finem optatum feliciter perveniant. Per te Jesu Christe Salvator mundi, qui vivis et regnas Deus. Amen.

Benedictio Dei Patris omnipotentis, et Filii, et Spiritus Sancti, descendat super vos, et custodiat, et dirigat vos, et maneat semper vobiscum. Amen.

Oremus. Quaesumus, omnipotens Deus, Pueris istis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, benedicere dignare, et per virtutem Sancti Spiritus corda eorum corrobora, vitam sanctifica castimonia decora, et sensus eorum in bonis operibus muni, et informa, prospera tribue, pacem concede, salutem confer, charitatem largire, et ab omnibus diabolicis atque humanis insidiis tua protectione

s. 147—251; *Vade mecum*, Kraków 1923 s. 94—97; *Vade mecum*, Kraków 1925 s. 94—97; *Vade mecum*, Kraków 1949 s. 150—152; *De cura*, Katowice 1964 s. 37—39; „Eadem benedictio pro pluribus infirmis” zmienia jedynie liczbę i rodzaj gramatyczny, a wszystkie modlitwy pozostają bez zmian.

²⁸ Ten sam obrzęd został też określony jako „Impositio manuum super aegros”. Por. *Rituale*. Wilno 1735 s. 150—153; *Rituale*, Lublin 1777 s. 143—149; *Rituale*, Połock 1802 s. 142—146; *Rituale*, Warszawa 1847 Additamentum s. 17—19; *Rituale*, Wilno 1858 s. 303—305; *Rituale*, Wilno 1864 s. 303—305; *Rituale*, Wilno 1872 s. 283—285; czy „De impositione manuum sacerdotis super aegros”, por. *Rituale*, Wilno 1771 s. 151. Trzeba jednak zaznaczyć, że nie jest on identyczny we wszystkich przekazach, a ten sam tytuł nie zawsze odpowiada temu samemu obrzędowi. Obrzęd zawarty w toruńskim *Libellus benedictionis* z 1691-r., został już wyżej przedstawiony przy okazji obrzędu błogosławienia chorych. Por. Toruń 1691 s. 286—288.

²⁹ *Rituale*, Połock 1802 s. 138—139. Rytuał warszawski z 1847 r. dodaje, aby czynił to w odpowiednim czasie i na prośbę chorych. „Pro temporis opportunitate et aegrotantium desiderio”. *Rituale*, Warszawa 1847. *Additamentum* s. 13—14.

et virtute semper defende, et in finem ad requiem paradisi eos perduc. Per Dominum nostrum etc.

Dominus Jesus Christus apud te sit etc.

Legantur demum Initium S. Evangelii secundum Joannem. In principio erat Verbum etc.³⁰.

Pollice dextro signet signet ejus frontem aqua benedicta et dicat:

Per signum sanctae Crucis etc.

Denuo aspergat aqua dicens:

Benedictio + Dei omnipotentis Patris etc.³¹.

De impositione manuum super aegros adultos

Obrzęd zaczyna się jak wyżej nałożeniem stuty, modlitwą wstępną i oracjami:

Deus qui discipulis; Deus humani generis; Sanet te Dominus noster; Dominus Jesus Christus apud te sit; *a po nich:*

Ad cognoscendum, si aliquis vexatur a Spiritibus immundis,

In Nomine Pa + tris, et Fi + lii, et Spiritus + Sancti, Amen. Incarnatus Pater + Incarnatus Filius + Incarnatus Spiritus Sanctus + Jesus Christus vincit. Christus + regnat, Christus + imperat. Si diabolus ligavit vel tentavit te N. suo effectu per sua opera, Christus Filii Dei vivi per suam misericordiam liberet te ab omnibus Spiritibus immundis, qui venit de caelo, et incarnatus est in utero Beatissimae Virginis Mariae, causa humanae salutis, et eiiciendi diabolum malignum Spiritum a te in profundum inferni et abyssi. Ecce crucem Domini + fugite partes adversae, vicit Leo de Tribu Juda, Radix David, Alleluja, Alleluja:

Hic datur stola Crux ad osculandum.

Benedicat tibi Dominus + et custodiat te, ostendet tibi Dominus faciem suam et misereatur tui, convertat Dominus vultum suum ad te, et det tibi pacem³².

Evangelium S. Joannis vide supra fol. 141. Pollice dextero cum aqua benedicta signet frontem dicens³³.

Per signum sanctae Crucis + per donum S. Spiritus, det tibi Deum sanitatem mentis, et corporis. Amen.

Denuo aspergat aqua benedicta.

³⁰ Jest to cytowany już fragment prologu Ewangelii św. Jana 1,1—14.

³¹ *Rituale*, Połock 1802 s. 138—142.

³² Współcześnie określa się je jako błogosławieństwo św. Franciszka z Asyżu dla Brata Leona i po dzień dzisiejszy praktykowane jest nie tylko we wspólnotach franciszkańskich. W tej benedykcji wprowadzono jedynie słowo „Dominus”, a pozostały tekst jest zgodny z Księgą Liczb.

³³ Jest to tekst prologu Ewangelii św. Jana 1,1—14.

Benedictio Dei + omnipotentis etc.³⁴.

Impositio manuum super aegros adultos

Sacerdos imponat dextram manum super caput infirmi et dicat:

Super aegros manus imponet etc.

V. Adjutorium nostrum etc. V. Domine exaudi etc. V. Dominus vobiscum etc.

Oremus. Deus, qui discipulis tuis dedisti etc.

Oremus. Deus humani generis benignissime etc.

Oremus. Domine Sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus, qui fragilitatem humanae conditionis, infusa virtutis tuae dignatione confirmas, ut salutaribus remediis pietatis tuae corpora nostra et mentes vegetentur, super hunc famulum tuum propitius intende, ut omni necessitate corporeae infirmitatis exclusa, gratia in eo pristinae sanitatis perfecte repararetur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*Legatur demum Initium S. Evangelii secundum Joannem, ut supra in benedictione parvulorum, quo finito, subjungat dicens:*³⁵

Benedictio Dei omnipotentis etc.

*Deinde aspergat eum aqua benedicta*³⁶.

De impositione manuum sacerdotis super aegros³⁷

Sacerdos facta contritione et intentione ad formam et ritum Sanctae Romanae Ecclesiae, in meritis et virtute Apostolorum et aliorum Sanctorum cum plena fide, fiducia et devotione, sequentes Orationes proferat super aegros, pro temporis opportunitate et aegrotantium desiderio.

Sacerdos imponat dextram manum super caput infirmi, et dicat:

Super aegros manus imponet etc. R. Amen.

V. Adjutorium nostrum etc. V. Dominus vobiscum etc.

³⁴ *Rituale*, Połock 1802 s. 142—146. Taki sam obrzęd podają jeszcze: *Rituale*, Wilno 1735 s. 150—153; *Rituale*, Wilno 1771 s. 155—159; *Rituale*, Lublin 1777 s. 146. Wprowadzie rytuał warszawski z 1847 r. określa ten ryt jako praktykę Kościoła litewskiego „Ex consuetudine Ecclesiarum Litvaniae ad usum earumdem Ecclesiarum”, *Rituale*, Warszawa 1847 *Additamentum* s. 13, to jego początków należy raczej szukać we Flandrii, jak na to wskazuje notka rytuału połockiego „Sequentes preces desumptae ex Rituali Romano Antverpiae Anno 1657 impresso.” *Rituale*, Połock 1802 s. 139.

³⁵ Jest to fragment prologu Ewangelii św. Jana 1,1—14.

³⁶ *Rituale*, Warszawa 1847 *Additamentum* s. 17—19. Por. *Rituale*, Wilno 1858 s. 303—305; *Rituale*, Wilno 1864 s. 303—305; *Rituale*, Wilno 1872 s. 283—285; *Rituale*, Warszawa-Lwów 1884 s. 307—309.

³⁷ Por. *Rituale*, Wilno 1735 s. 146—150; *Rituale*, Wilno 1832 s. 112—115; *Rituale*, Wilno 1858 s. 300—302; *Manuale*, Wrocław 1847 *Additamentum* s. 14—16.

Oremus. Domine Jesu Christe, qui parvulos tibi oblatos etc.

Benedictio Dei Pa + tris Omnipotentis, et Fi + lii, et Spi + ritus Sancti, descendat super vos, et custodiat, et dirigat vos, et maneat semper vobiscum. Amen.

Oremus. Quaesumus, omnipotens Deus, pueris istis etc.

Dominus Jesus Christus apud te sit etc.

Postea dicat: V. Dominus vobiscum etc. V. Initium Sancti Evangelii secundum Joannem. R. Gloria tibi Domine. *Faciens signum Crucis de more super se in fronte, ore et in pectore*³⁸.

Pollice dextero signet ejus frontem aqua benedicta et dicat:

Per signum sanctae Crucis, + per donum Spiritus Sancti det tibi Deus sanitatem mentis et corporis. Amen.

Benedictio + Dei omnipotentis etc.

*Deinde aspergat eum aqua benedicta*³⁹.

Benedictio infantium aegrotorum

Sacerdos intrans cubiculum, in quo jacet infans, dicit:

Pax huic domui etc.

Et ad lectum acedens, aspergit leviter infantem aqua benedicta, dicens:

Antiph. Asperges me Domine etc. Psalmus 112 Laudate pueri Dominum etc.

Antiph. Asperges me, Domine etc.

Kyrie eleison etc.; Pater noster etc.

V. Et ne nos inducat in tentationem etc.

V. Ex ore infantium et lactentium. R. Perfecisti laudem tuam, Domine.

V. Domine exaudi etc. V. Dominus vobiscum etc.

Oremus. Deus, cui cuncta adolescent, etc.

Benedictio Dei omnipotentis. R. Amen⁴⁰.

Benedictio puerorum aegrotantium

Pueri infirmi, qui ad hunc usum rationis pervenerunt, ut ipsis praeberi possit Sacramentum Extremae Unctionis, iis adjuventur exhortationibus et precibus, quae supra describuntur, ubi de visitatione et cura Infirmorum agitur, prout feret temporis opportunitas, et eorundem aegrotantium status. Verum pro ceteris junioribus pueris infirmis adhiberi poterunt sequentes preces. Sacerdos igitur infirmi cubiculum ingressus primum dicat:

³⁸ Jest to przytaczany już wyżej prolog Ewangelii św. Jana 1,1—14.

³⁹ Por. *Rituale*, Wilno 1872 s. 282.

⁴⁰ *Manuale*, Wrocław 1847 s. 197—199; *Rituale*, Wrocław 1847 s. 350—353.

Pax huic domui etc.

Mox infirmum et lectulum ejus et cubiculum aspergat, nihil dicens. Deinde dicere poterit supra infirmum Psalmum

Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini⁴¹.

Kyrie eleison etc. Pater noster (secreto).

V. Et ne nos inducas etc.

V. Deus noster miseretur. R. Custodiens parvulos Dominus.

V. Sinite parvulos venire ad me. R. Talium est enim regnum coelorum.

V. Domine exaudi etc. V. Dominus vobiscum etc.

Oremus. Deus, cui cuncta adolescent, et per quem adulta firmantur: extende dexteram tuam super hunc famulum tuum (vel famulam tuam), in tenera aetate languentem: quatenus vigore sanitatis recepto, ad annorum perveniat plenitudinem, et tibi fidele, gratumque obsequium indesinenter praestet omnibus diebus vitae suae. Per Dominum nostrum etc. R. Amen.

Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui creaturae tuae multiplici pietate consulens, non solum animae sed ipsi corpori curationis gratiam benignus infundis: hunc parvulum infirmum (vel hanc parvulam infirmam) a lecto aegritudinis erigere, et Ecclesiae tuae sanctae, suisque parentibus incolumen restituere digneris; ut cunctis prolongatae sibi vitae diebus, gratia et sapientia coram te et hominibus proficiens, in justitia et sanctitate tibi serviat, et debitas misericordiae tuae referat gratiarum actiones. Per Christum.

Deus, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede propitius; ut a quibus tibi ministrantibus in coelo semper assistitur, ab his in terra vita huius pueri (vel puellae) muniatur. Per Christum etc. R. Amen.

Completa oratione ultima, sacerdos imponat dexteram manum super caput infirmi, et dicat:

Super aegros manus imponet etc.

Quod sequitur Evangelium, pro temporis opportunitate et pro aegrotantis pueri parentum desiderio, sacerdotis arbitrio dici poterit.

V. Dominus vobiscum etc.

Initium sancti Evangelii secundum Joannem. R. Gloria tibi, Domine.

Dum sacerdos dicit Initium etc. facit signum crucis de more super se in fronte, ore et pectore; similiter super puerum infantium, si non potest se signare⁴².

In principio erat Verbum etc. R. Deo gratias.

Postea benedicens puerum infantium, jungat dicens:

Benedictio Dei etc. R. Amen.

⁴¹ Jest to Psalm 112 (113).

⁴² Jest to powtarzający się fragment prologu Ewangelii św. Jana 1,1—14.

*Deinde aspergat eum aqua benedicta*⁴³.

Benedictio puerorum aegrotantium

1. *Pueri infirmi, qui ad hunc usum rationis pervenerunt, ut ipsis praeberi possit Sacramentum Extremae Unctionis, iis adiuventur exortationibus et praecibus, quae describuntur in hoc Rituali, ubi agitur de visitatione et cura infirmorum, prout feret temporis opportunitatis et eorundem aegrotantium status. Verum pro ceteris iunioribus pueris adhiberi possunt sequentes preces.*

2. *Sacerdos indutus superpelliceo et stola albi coloris, infirmi cubiculum ingressus, primum dicit:*

V. Pax huic domui etc. — V. Pokój temu domowi itd.

Mox aspergit puerum et circumstantes et cubiculum aqua benedicta, nihil dicens.

3. *Postea dicitur: Psalmus 120 Attollo oculos meos — Ku górom wznoszę me oczy itd.*

4. *Deinde sacerdos dicit:*

V. Kyrie eleison. R. Christe eleison etc.

Sacerdos hortatur adstantes:

Prosząc Ojca Niebieskiego o zdrowie dla tego dziecka, odmówmy wspólnie Modlitwę Pańską.

Omnes simul recitant Orationem Dominicam:

Pater noster — Ojciec nasz itd.

V. Deus noster misereatur — Miłosierny nasz Bóg.

R. Custodiens parvulos suos Dominus — Strzeże maluczkich.

V. Sinite parvulos venire ad me — Dopuszczcie dzieciom przyjść do Mnie.

R. Talium est enim regnum caelorum — Takich jest bowiem królestwo niebieskie.

V. Domine exaudi etc. — Panie wysłuchaj modlitwę itd.

V. Dominus vobiscum etc. — Pan z wami itd.

Oremus. Deus, cui cuncta adolescent — Módlmy się. Boże dla Ciebie wszystko dorasta itd.

Oremus. Concede hunc famulum tuum — Módlmy się. Prosimy Cię, Panie Boże, dozwól itd.

⁴³ *Rituale*, Warmia 1873 s. 286—289. Identyczny ryt, ale zatytułowany „Benedictio puerum v. puellarum aegrotantium” podaje kieleckie *Rituale* z 1891 r. i szereg innych źródeł aż po krakowskie *Vade mecum ad infirmos*. Por. *Rituale*, Kielce 1891 s. 64—66; *Rituale*, Wrocław 1891 s. 511—313; *Rituale*, Kraków 1892 s. 689—692; *Rituale*, Wilno 1903 s. 287—289; *Rituale*, Wrocław 1910 s. 153—158; *Rituale*, Katowice 1927 s. 821—824; *Vade mecum*, Kraków 1923 s. 79—103; *Vade mecum*, Kraków 142—146; *Vade mecum*, Kraków 1949 s. 153—159.

Oremus. Deus qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas: concede propitius; ut, a quibus tibi ministrantibus in coelo semper assistitur, ab his in terra vita huius pueri (puellae) muniatur. Per Christum etc. R. Amen. — Módlmy się. Boże, Ty w przedziwny sposób wyznaczasz obowiązki Aniołom i ludziom, spraw miłościwie, aby na ziemi strzegli życia tego dziecka ci, którzy służąc Ci w niebie zawsze Cię otaczają. Przez Chrystusa Pana naszego. R. Amen. 5. *Completa oratione ultima, sacerdos imponit dexteram manus super caput infirmi et dicit:*

Super aegros manus imponet etc. — Na chorych będą kłaść ręce itd.

Postea benedicens puerum infirmum, subiungit:

Benedictio Dei omnipotenti etc. — Błogosławieństwo Boga wszechmogącego.

R. Amen.

*Denique aspergit eum aqua benedicta*⁴⁴.

Benedictio B. Salvatoris ab Horta Franciscani contra Febres⁴⁵

Potentia Dei Patris, + Sapientia Dei Filii, + Virtus Spiritus Sancti + liberet te ab omni febre tertiana, quartana, et continua, Beato Salvatore orante pro famulo suo, vel famula sua. Dominus te benedicta + ab infirmitate, et ab omni malo te semper defendat. Amen.

Nota, si haec benedictio Schedae inscribatur, desuper Scheda, antequam collo appendatur, benedicitur et conjuratur sequenti modo:

*Conjuratio chartae, in qua debent scribi brevia applicanda collo etc*⁴⁶.

V. Adiutorium etc. V. Domine exaudi etc. V. Dominus vobiscum etc.

Oremus. Conjuro te, et benedico te charta per verba illa tituli triumphalis Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, et per omnia illa verba, quae dicuntur de Creatore omnium creaturarum, qui potest tribuere et facere quod tantam obtineas virtutem, ut omnia, quae supra te scribentur, ad effectum salutis aeternae perducere valeas, ut omnis fallacia et virus diaboli exeat de te, et intret in te omnis virtus praedica sine mora. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

*Aspergat aqua benedicta*⁴⁷.

⁴⁴ *Collectio*, Katowice 1963 s. 243—247.

⁴⁵ Jako patron wzywany tutaj jest błogosławiony Salwator z Horty (+1567) franciszkanin z Sardynii do którego przychodzili liczni pielgrzymi z różnymi dolegliwościami, gdyż znany on był jako cudotwórca w całej Hiszpanii. Wstawiennictwo tego świętego miało sprowadzić Boże błogosławieństwo, które będzie broniło chorego od słabości i zła wszelakiego. Patron ten został ogłoszony świętym przez papieża Piusa XI. *Martyrologium Rzymskie*, Kraków 1967 s. 91. Por. *La fleur des Saints*. Cahors 1962 s. 126.

⁴⁶ Trudno powiedzieć o jaki pasek tutaj chodzi i jak należało go nosić. Być może był to rodzaj szkaplerza z wypisanym tekstem błogosławieństwa, który chory nosił na piersi.

⁴⁷ *Libellus*, Toruń 1691 s. 125—126.

Remedium contra Febres, ex S. Ambrosio

*Infirmus confessus et S. Eucharistia confectus quinque continuis diebus jejunos in Ecclesia genuflectat, teneatque candelam benedictam accensam in manibus. Sacerdos vero singulis diebus stola indutus legat super eum sequentes preces. Primo quidem ponat manum super caput infirmi dicens:*⁴⁸

Super aegros manus imponent [...] tibi clemens et propitius et liberet te ab omni febre. Qui vivit et regnat etc.

Justus es Domine et rectum judicium tuum: fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam.

V. Dominus vobiscum etc.

Oremus. Omnipotentem Deum, qui per SS. Apostolos et Martyres suos diversa sanitatum dona largitur, fratres charissimi deprecemur, ut huic famulo suo N. (famulae suae N.) qui febris vexatione fatigatur, fidelissimi famuli sui Sigismundi precibus clementer occurrat: qui dum nobis illius patefecit merita, isti conferat medicinam. Per Christum⁴⁹.

Lectio Epistolae B. Jacobi Apost. Charissimi, tristatur aliquis vestrum, oret, aequo animo est, psallat. Infirmatur quis in vobis, etc. *ut supra pag. 236*⁵⁰.

V. Domine refugium factus es nobis a generatione et progenie. R. Alleluja.

V. Dominus vobiscum etc.

Sequentia S. Evangelii secundum Lucam. In illo tempore surgens Jesus de sanagoga etc. *ut supra pag. 278*⁵¹.

Infirmorum propitiator, abjectorum protector, desperatorum salvator, Deus patris mei, et Deus haereditatis Israel: Dominator coelorum et terrae, creator aquarum, et rex totius creaturae: exaudi preces nostras, et ad aures misericordiae tuae supplicantium vota perveniant.

Dominus vobiscum etc.

Oremus. Domine Sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus, qui contulisti fidelibus tuis remedium vitae post mortem, ut sanos se esse sentiant, quibus paradus patet: praesta quaesumus, ut quod fideliter in nomine electi tui Sigismundi pro infirmantibus petimus, famulus tuus, qui febrium patitur molestiam, celerem medicinam consequatur. Praesta ergo Domine, ut quicumque

⁴⁸ Obrzęd ten zdaje się nawiązywać do życia św. Ambrożego biskupa Mediolanu (+397), a szczególnie do tego epizodu, gdy w Rzymie uzdrowił jedną z niewiast. Por. P. Skarga, *Żywoty Świętych*, T. 12 Kraków 1899 s. 149

⁴⁹ Por. A. Rojewski, *Zarys dziejów kultu liturgicznego św. Zygmunta w Polsce w okresie przedtrydenckim*. „Studia z dziejów liturgii w Polsce”, T. 2 Lublin 1976 s. 363—364; Skarga, dz. cyt. T. 5 s. 58.

⁵⁰ Po tej modlitwie kapłan odczytywał fragment Listu św. Jakuba 5,13—16.

⁵¹ Jest to urywek Ewangelii św. Łukasza 4,38—40 o uzdrowieniu matki żony św. Piotra.

sub conspectu nominis tui nomen famuli tui Sigismundi invocaverit, ad sanitatem pristinam ex tua gratia se pervenisse protinus sentiat. Per Dominum nostrum.

Per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

V. Dominus vobiscum etc.

Sursum corda etc.(!)

Gratias agamus Domino Deo nostro etc.(!)

Vere dignum et justum est, aequum et salutare, nos tibi semper et ubiq; gratias agere, Domine Sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus, per Christum Dominum nostrum, qui peccata nostra portavit in corpore suo: cujus vulnere plagarum sanati sumus: cujus tactu vis febrium mox recessit: cujus sermone confestim surdus audivit: cujus jussu mutus fari non distulit, claudus cucurrit, caesus vidit, aegrotus convaluit, quatruiduanus de sepulchro surrexit. Nunc ergo Domine donum majestatis tuae agnoscimus, requiem esse homini pacifico. Tu namque omnipotens aeternae Deus, qui inter bellatorum tumultus et adversantium persecutiones famulo tuo Sigismundo triumphum martyrii contulisti, secutus gratiam, secutus misericordiam; ut post mortem ostendat virtutem, quam ante mortem firmavit. In fide enim tua dona sunt Domine; ut in nomine electi tui Sigismundi per communicationem corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi tempestatem frigoris excutias, febrium ardorem repellas et praesentem famulum tuum N. ad sanitatem pristinam revocare digneris, per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam, etc. *ut in Praefatione, una cum Sanctus, Sanctus, etc.* Non est aliud refugium nisi in te sperare Christe, precibus supplicum tuorum libera nos Domine.

V. Dominus vobiscum etc.

Oremus. Deus, qui omnem infirmitatem et omnem languorem ab humanis corporibus tua pietate depellis, adesto propitius servo tuo (famulae tuae) N. et ad pristinam sanitatem cito eum (eam) revocare digneris. Per Dominum.

Aspergat aqua benedicta. Deinde unaquaque die ungat cum oleo benedicto (ut supra p. 235) in fronte, dicens⁵²

Per istam sanctam unctionem, et pissimam Dei misericordiam libero te ab omni febre: In nomine Pat + ris, etc.

Demum det ei frustum, panis albi benedicti manducare.⁵³ et quidem primo die det ei frustum, in cujus crusta cultello incisa sint sequentia verba: Christus natus est. Secundo mane pariter det panem, in quo incisum sit: Christus mortuus est.

⁵² *Libellus*, Toruń 1691 s. 296. Rytuał odsyła w tym miejscu do omówionego już obrzędu „Benedictio olei, mirae virtutis contra quascunq; infirmitates et praestigia diaboli” zamieszczonego w tym źródle na s. 235—243.

⁵³ Wprawdzie księga nie podaje o jaki chleb tutaj chodzi, ale można sądzić, że podawano chorym chleb specjalnie dla nich poświęcany. Por. „Benedictio panis pro infirmis” w wielu źródłach polskich. Cytowany przez nas rytuał podaje go w pierwszej części zatytułowanej „Rituale sacramentorum”. Toruń 1691 s. 83—84.

*Tertio die det ei panem cum his verbis: Christus resurrexit. In quarto frusto, sit incisum: Benedictio Dei sit in me. In quinto frusto sit incisum: Deo gratias.*⁵⁴

Benedictio peregrinorum aegrotantium

Sacerdos indutus superpelliceo et stola albi coloris, ponet extremitatem stolae super caput infirmi, evageliumque recitabit modo sequenti; si plures sint infirmi, stolam ipsae teneat elevatam manu dextra, et benedictiones dicat in plurali.

V. Dominus vobiscum etc.

V. Sequentia sancti Evangelii secundum Mathaeum. (Cap. 13)⁵⁵ R. Gloria tibi Domine.

Post Evangelium benedicat infirmum dicens:

Deinde porriget extremitatem stolae deosculandam infirmo, ipsumque adspergat aqua benedicta, dicens:

Benedictio Dei Pat + ris etc.

Adspergat te Deus rore gratiae suae in vitam aeternam.

R. Amen⁵⁶.

Benedictio infirmorum cum ligno sanctissimae Crucis D. N. J. Ch., seu signum S. Mauri Abbatis

Antea rite exponatur Reliquia verae Crucis Dominicae, duabus saltem candelis accensis. Excitetur deinde in infirmo actus contritionis, et firma fiducia, ut adjutus meritis S. P. Benedicti et S. Mauri, ipsis intercedentibus, si Deo placeat, sanitatem obtineat. Recitetur tres Pater totidemque Ave Maria et Gloria in honorem Sanctissimae Trinitatis: tum Sacerdos, indutus superpelliceo et stola rubri coloris, manu dextra tenens elevatam Reliquiam sanctae Crucis coram infirmo, dicit:

V. Benedictio et claritas et sapientia et gratiarum actio, honor, virtus et fortitudo Deo nostro in saecula saeculorum.

R. Amen.

V. Pes meus stetit in directo. R. In ecclesiis benedicam te, Domine.

Invocatio.

⁵⁴ *Libellus*, Toruń 1691 s. 292—296.

⁵⁵ Jest to fragment Ewangelii św. Mateusza 13,44—52, czyli przypowieść o skarbie ukrytym w roli, o drogocennej perle nabytej przez kupca i o sieci zagarniającej mnóstwo ryb, które segregują aniołowie i o ojcu wydobywającym ze skarbcza rzeczy nowe i stare.

⁵⁶ Por. *Rituale*, Kraków 1892 s. 786—787; *Rituale*, Wilno 1903 s. 491—492; *Rituale*, Katowice 1927 s. 813—814.

Per sanctissimum nomen Domini invocatum, optatam tibi donet sanitatem illa fides, qua sanctus Maurus per sequentia verba aegrotos sanavit, et in qua ego, licet indignus peccator, easdem preces super te humiliter profero:

In nomine sanctissimae Trinitatis, adjutus meritis sanctissimi Patris Benedicti, sta sanus (-a), o N., et incolumis super pedes tuos rectus (-a). In nomine Patris, et Filii, + et Spiritus Sancti. R. Amen.

Ant. Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit, cujus livore sanati sumus.

V. Qui propitiatur iniquitatibus hominum. R. Ipse sanet infirmitates tuas.

V. Domine exaudi etc. V. Dominus vobiscum etc.

Oremus. Deus, omnium conditor creaturarum, qui ad restaurationem humani generis unicum Filium tuum, cooperante Spiritu Sancto, ex Maria Virgine incarnari constituisti, et per sacrosanctum ac gloriosum vivificae Crucis lignum vulneribus et languoribus animarum nostrarum, nos redimendo, subvenire dignatus es: ipse hunc famulum tuum N. (hanc famulam tuam N.) per vitalis hujus signi virtutem ad pristinam reducere digneris sanitatem. Per eundem Christum. R. Amen.

Oremus. Domine Jesu Christe, qui magistro meo beato Benedicto dedisti potestatem apud te impetrare, quod in nomine tuo peteret: tu per ipsius intercessionem cunctos ab hoc famulo tuo (ab hac famula tua) languores repellere dignare; ut sanitate percepta, gratiarum actionem referat nomini sancto tuo: Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Signum.

Oremus. Per invocationem immaculatae Dei Matris et semper Virginis Mariae, et per intercessionem sanctorum Benedicti et Mauri, Potentia + Dei Patris, Sapientia + Dei Filii, Virtus + Spiritus Sancti liberet te ab ista infirmitate. Amen.

Sicut fuerit beneplacitum ejus, sic fiat, et fiat tibi, sicut petis et desideras ad laudem et honorem sanctissimae Crucis Domini nostri Jesu Christi.

Ultimo benedicit infirmo Reliquia S. Crucis, dicens:

Benedictio Dei omnipotentis, etc.

Et porrigit ad osculum.

Hoc signum, si opus sit, repetitur per tres vices, sive diversis diebus, sive eadem die, juxta necessitatem. Tres etiam Missae votivae, si lubet, nempe de Passione, de S. Mauro Abbate, et pro defunctis celebrandae erunt: alioquin beatissimae Virginis Mariae Rosarium in tres partes distributum, juxta praefatam intentionem infirmus, si potest, recitabit vel recitare faciet⁵⁷.

⁵⁷ *Rituale*, Katowice 1927 s. 970—972.

Benedictio mulieris praegnantis. De cujus periculo dubitatur⁵⁸

Sacerdos hac benedictione non utatur nisi rogatus; et tum caute observet, ne quid praesente se contra verecundiam quavis necessitate committatur

V. Adiutorium etc.

V. Salvum fac etc. V. Esto illi, Domine, turris etc. V. Nihil proficiat etc. V. Mitte ei, Domine, etc. V. Domine exaudi etc. V. Dominus vobiscum etc.

Oremus. Omnipotens sempiternus Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verae fidei aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia maiestatis adorare unitatem: quaesumus, ut eiusdem fidei firmitate haec famula tua N. ab omnibus semper muniatur adversis. Per Dominum nostrum.

Oremus. Domine Deus, omnium creator, fortis te terribilis, iustus et misericors, qui solus bonus et pius es, qui de omni malo liberasti Israel, faciens tibi patres nostros dilectos et sanctificasti eos manu Spiritus tui; qui gloriosae Virginis Mariae corpus et animam, ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante praeparasti; qui Joannem Baptistam Spiritu Sancto repleri, et in utero matris exultare fecisti: accipe sacrificium cordis contriti ac fervens desiderium famulae tuae N. humiliter supplicantis pro conservatione prolis, quam ei dedisti concipere; et custodi partem tuam, et defende ab omni dolo et iniura duri hostis, defende ut obstetricante manu misericordiae tuae foetus eius ad lucem prospere veniat, ac sanctae generationi servetur, tibi que in omnibus iugiter deserviat, et vitam consequi mereatur aeternam. Per eundem Christum etc.

Postea aspergat aqua benedicta in modum crucis recitans sequentia:

Psalmus 66. Deus misereatur nostri, et benedicat nobis etc.

V. Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu. R. Laudemus et superexaltemus eum in saecula.

V. Angelis suis mandet de te.

R. Et custodiant te in omnibus viis tuis.

V. Dominus vobiscum etc.

Oremus. Visita, quaesumus Domine, habitationem istam, et omnes insidias inimici ab ea, et a praesenti famula tua N. longe repelle: Angeli tui sancti habitent in ea, qui eam et eius prolem in pace custodiant, et bene + dictio tua sit super

⁵⁸ Ten sam ryt spotyka się także pod innymi nazwami: „Benedictio mulieris pregnatis ubi aut matris aut infatis vita periclitatur”, por. *Rituale*, Wilno 1832 s. 293—295; *Rituale*, Wilno 1858 s. 293—295; *Rituale*, Wilno 1864 s. 293—295; *Rituale*, Wilno 1869 s. 291—293; *Rituale*, Wilno 1872 s. 274—279; *Rituale*, Wilno 1903 s. 281—283; *Rituale*, Warszawa 1884 s. 297—300; *Rituale*, Wrocław 1910 s. 150—153, lub „Benedictio mulieris pregnatis in periculis partus”, por. *Rituale*, Kielce 1891 s. 34—36; *Rituale*, Wrocław 1891 s. 311—313; *Rituale*, Kraków 1892 s. 682—685; *Rituale*, Katowice 1927 s. 814—817; *Vade mecum*. Kraków 1949 s. 131—136; czy w dwujęzycznej edycji katowickiej, jako „Benedictio mulieris pregnatis ante partus”, por. *Collectio*, Katowice 1963 s. 182—188.

eam semper. Salva eos, omnipotens Deus, et lucem eis tuam concede perpetuam. Per Christum etc. Adaspergat illam in modum crucis⁵⁹.

Benedictio mulieris pro sterilitate fuganda

In nomine Patris etc.

Adjutorium nostrum etc.

Ant. Benedicat tibi Dominus ex Sion et videas filios filiorum tuorum usque ad tertiam et quartam generationem⁶⁰.

Psal: Beati omnes qui timent etc⁶¹. *Repetitur Antiph.*

Kyrie elejson etc., Pater noster, Ave Maria et Credo.

V. Salvum fac ancillam tuam. R. Deus meus sperantem in te.

V. Sint filii tui sicut novellae olivarum. R. In circuitu mensae tuae.

V. Domine exaudi etc. V. Dominus vobiscum etc.

Oremus. Deus qui emortuam vulvam Sarae ita per Abrahae semen fecundare dignatus es, ut ei contra spem Sobolis (!), filius nasceretur, praesta famulae tuae N. pro sua sterilitate deprecanti ut inerorem (!) infecunditatis ab ea submoveas, et ad concipiendam Sobolem ei faecunditatem (!) conferas, et filium quem donaveris clementer benedicas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus. Majestatis tuae clementiam Deus Pater omnipotens suppliciter exoramus, ut preces nostras pro sterilitate famulae tuae N. benignus assumes, et ei prolem tibi et hominibus gratiosam concedere digneris. Per Christum.

*Postea aspergat eam et imponat quotidie dici 5 Pater et Ave Maria*⁶².

Benedictio mulieris gravidae⁶³

Si mulier gravida ad preces ecclesiae confugiat, ut felicem partum a Deo obtineat, sacerdos super eam genuflexam, aut saltem modeste sedentem, leget primum sequens Evangelium:

⁵⁹ Wilno 1688 s. 144—145. Tradycja nie była w tym względzie ujednolicona, gdyż edycja kielecka z 1891 r. podaje jedynie ogólne pokropienie. Por. *Rituale*, Kielce 1891 s. 35. Większość rytuałów zawiera rozbudowaną benedykcję końcową dodając po wymienieniu Osób Trójcy Przenajświętszej słowa „descendat super te, et prolem tuam, et maneat semper. Amen.” Por. *Rituale*, Wilno 1903 s. 283. Wyjątkiem są tutaj rytuały: *Rituale*, Wilno 1872 s. 276; *Rituale*, Kielce 1891 s. 38. Pewna część rytuałów wprowadza drugie pokropienie wodą święconą, ale niektóre rytuały je opuszczają. Por. *Rituale*, Kraków 1892 s. 685; *Rituale*, Wilno 1903 s. 283. Inne natomiast łączą je z ostatnim błogosławieństwem: „Deinde illam adaspergit iterum aqua benedicta in modum crucis, dicens:” *Rituale*, Kielce 1891 s. 38; a jeszcze inne polecają, że należy to uczynić na kształt krzyża po błogosławieństwie: „Aspergat illam in modum crucis.” *Rituale*, Wilno 1872 s. 276.

⁶⁰ Antyfona zaczerpnięta została z Psalmu 127 (128).

⁶¹ Jest to Psalm 111 (112).

⁶² *Rituale*, Lwów 1771 s. CLVII—CLVIII.

⁶³ Wprawdzie obrzęd ten trudno odnieść wprost do choroby, ale użycie w tym miejscu nowego słowa zamiast dotychczasowego „praegnans”, zdaje się podkreślać trudny okres w życiu kobiety i dlatego zostaje tutaj omówiony.

V. Dominus vobiscum etc.

V. Sequentia S. Evangelii secundum Joannem, etc. In illo tempore dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, quia plorabitis et flebitis vos etc⁶⁴. R. Deo gratias.

Sacerdos extremam partem stolae mulieri osculandam offert dicens:

Evangelium virtus Dei sit in salutem tibi credenti. Amen.

Tunc sequentes versus et orationem recitabit.

V. Intret in conspectu tuo oratio mea, Domine. R. Inclina aurem tuam ad precem meam.

V. De necessitatibus meis erue me. R. Vide humilitatem meam et laborem meum.

V. Custodi animam meam et erue me. R. Ne erubescam, quoniam speravi in te.

V. Domine exaudi etc. V. Dominus vobiscum etc.

Oremus. Domine Deus omnium creator etc.

Deinde benedicat ei dicens:

Benedictio Dei + super te descendat, ut anima tua ei vivat, et semem tuum serviat ipsi. Amen.

Et mox aspergit eam aqua benedicta⁶⁵.

Modus exorcizandi Maleficiatos, et debiles quoscunque sine(!) ⁶⁶ naturali sive innaturali infirmitate laborent: maxime si a malignis spiritibus aut hominibus veneficio aut philtro putantur infecti.

Adsit vas aquae solemniter benedictae, panis et vinum benedicendum, crux et candela ardens in altari, aut super mensam linteo stratam. Quibus paratis sacerdos superpelliceo, aut saltem stola violacea indutus coram cruce genuflexus, et infirmo retro illum genuflexo dicat sequentes litanias.

Litania de omnibus sanctis.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.

Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Pater de coelis Deus. Miserere nobis. (ei.)

⁶⁴ Jet to fragment Ewangelii św. Jana 16,20—24. Mówi on o niepokoju i bólu rodzącej kobiety, który zmienia się w radość, gdy na świat przychodzi nowy człowiek. Ewangelia kończy się poleceniem Chrystusa Pana, aby prosić w Jego Imieniu Ojca Niebieskiego, gdyż wówczas zostaną wysłuchane wszystkie modlitwy ludzi.

⁶⁵ *Rituale*, Wilno 1858 s. 291—293; *Rituale*, Wilno 1872 s. 272—274.

⁶⁶ Jest to ewidentny błąd, gdyż ma tutaj być słowo „sive”.

Filii redemptor mundi Deus. Miserere.
 Spiritus sancte Deus. Miserere nobis. (ei.)
 S. Trinitas unus Deus. Miserere.
 Sancta Maria. Ora pro nobis. (eo.) (ea.)
 Sancta Dei genitrix. Ora pro nobis. Etc.
 Sancta Virgo virginum. Ora pro nobis.
 Omnes SS. Angeli et Archangeli. Orate.
 Omnes SS. Throni (!) et Dominationes.
 Omnes SS. Principatus et Potestates.
 Omnes sanctae virtutes coelorum.
 Omnes SS. Cherubim et Seraphim.
 Omnes SS. Patriarchae et Prophetae.
 Omnes SS. Apostoli et Evangelistae.
 Omnes SS. Martyres et Confessores.
 Omnes SS. Pontifices et Doctores.
 Omnes SS. Sacerdotes et Levitae.
 Omnes SS. Monachii et Eremitae.
 Omnes SS. Virgines et Viduae.
 Omnes SS. Conjugatae et Poenitentes.
 Omnes Sancti et Sanctae Dei.
 Propitius esto. Parce nobis (ei) Domine.
 Propitius esto. Exaudi nos Domine.
 Ab omni malo. Libera nos (eum) Domine.
 Ab ira tua. Libera nos (eum) Domine.
 Ab morbo malo. Libera nos (eum) Domine.
 Ab insidiis Diaboli.
 A vexatione Daemonum.
 A potestate inimicorum.
 A malitia impiorum.
 A veneficio malignatum.
 Ab omnibus periculis.
 A gravibus doloribus.
 A subitanea morte.
 Per virtutem Divinitatis tuae.
 Per potentiam humanitatis tuae.
 Per sacra miracula tua.
 Per potestatem super omnia daemonia.
 Per majestatem gloriae tuae.
 Per bonitatem pietatis tuae.
 Per multitudinem miserationum tuarum.
 Per tremore sacri Nominis tui.
 Per efficaciam sacrae Crucis tuae.
 Per amaritudinem dirae mortis tuae.
 Per dolorem vulnerum tuorum.
 Per effusionem sacri sanguinis tui.
 Per gloriosam Resurrectionem tuam.

Per mirabilem Ascensionem tuam.
 Per merita beatae Matris tuae.
 Per intercessionem Sanctorum tuorum.
 Peccatores. Te rogamus audi nos.
 Ut ei (eis) parcas. Te rogamus.
 Ut ei indulgeas. Te rogamus.
 Ut eum liberes. Te rogamus.
 Ut eum corpore et anima sanare digneris.
 Ut eum a doloribus eripere digneris.
 Ut eum a potestate malignantium liberare digneris.
 Ut eum a malitia Daemonum defendere digneris.
 Ut eum a nocivis tentationibus praeservare digneris.
 Ut eum pristinae sanitati restituere digneris.
 Ut nos exaudire digneris.
 Filii Dei etc. Agnus Dei, etc.

V. Salvum fac etc. V. Mitte ei auxilium etc. V. Esto ei Domine etc. V. Nihil proficiat etc. V. Domine exaudi etc. V. Dominus vobiscum etc.

Oremus. Clementissime Deus, qui secundum multitudinem etc.

Oremus. Domine Jesu Christe, Filii Dei vivi, qui dedisti Apostolis et fidelibus tuis potestatem super omnia daemona, et ut languores curarent: te suppliciter exoramus, ut per merita et intercessionem Beatissimae Matris tuae, omniumque Sanctorum tuorum, quae nos una cum hoc famulo tuo devote imploramus, eundem ab omni potestate Satanae et ministrorum ejus potenter eripere, atque ab omni aegritudine mentis et corporis clementer liberare digneris.

Ne despicias quaeso Redemptor meus me indignissimum Sacerdotem ministrum tuum, te humiliter adorantem et devote invocantem: sed sicut tradidisti mihi potestatem quotidie offerendi Deo Patri immaculatam hostiam sacratissimi corporis et sanguinis tui, ita nunc tribue mihi potestatem contra nefarium inimicum, et repelle impositionem manuum mearum omni benedictione coelesti. Qui vivis.

Sacerdos surgens super infirmum dicit:

Lectio Jeremiae Prophetae capitae 14. Si iniquitates nostrae responderint nobis etc⁶⁷.

Psalm. Deus in nomine tuo salvum me fac etc. *ut supra*.

V. Dominus vobiscum etc⁶⁸.

Sequentia S. Evangelii secundum Lucam.

Sacerdos signet infirmum in fronte, ore et pectore: id quod ad omnia Evangelia debet fieri.

In illo tempore surgens Jesus de synagoga etc⁶⁹. R. Laus tibi Christe.

⁶⁷ Jest to przytaczany już fragment księgi proroka Jeremiasza 14,7—9.

⁶⁸ Jest to Psalm 53 (54).

⁶⁹ Jest to przytaczany już urywek Ewangelii św. Łukasza 4,38—40.

Det illi librum osculandum dicens:

Per evangelica dicta extinguantur in eo omnia diabolica facta.

Exorcismus. Adjuro vos Daemones infernales, et spiritus malignos, qui perniciosum malum huic creaturae Dei fabricastis, et conservatis maleficium in ea. Vos, inquam, adjuro per Deum + Patrem omnipotentem, qui creavit coelum et terram. Adjuro vos per Filium ejus unigenitum Dominum nostrum Jesum + Christum. Adjuro vos per Spiritum + Sanctum Paraclitum, ab utroque procedentem. Et praecipio vobis, ut omnibus incantationibus, signaturis et ligaturis vestris sublatis ab hac creatura Dei et omnibus rebus ejus recedatis: atque ab omni maleficio, incantatione et ligatura liberam reliquatis. Conjuro vos et praecipio vobis per sacratissimum, tremendum et glorificandum nomen Jesu, (*hic scribat illud pollicem in fronte ejus*) quod fronti ejus inscribimus: et per signum sanctae Crucis, (*faciat crucem in fronte ejus*) quod fronti ejus damus. Et per triumphalem Titulum in cruce ejus scriptum (*scribat sequentes 4 literas INRI in fronte ejus*) Jesus Nasareus Rex Judaeorum, quem in terrorem vestrum fronti ejus inprimimus, ut cessetis hanc creaturam Dei laedere et vestris maleficiis vexare. Adjuro vos per eum, qui Alpha et Omega, principium et finis: qui omnia ex nihilo creavit, et omnipotente virtute sua conservat. Adjuro vos per eum, ante cujus faciem ignis praecedet, et inflammabit vos inimicos suos. Adjuro vos per potentiam illius, qui vos rebelles a consortio SS. Angellorum exclusit, et ad sedes tartareas igne et sulphure cruciandos damnavit. Vobis, inquam, praecipio in nomine D. N. Jesu Christi, ut protinus destruatis et ad nihilum redegatis omnia maleficia, philtrea, incantationes, ligaturas, signaturas, omnesque vestras noxias pactiones, quibus hanc creaturam Dei infestare, affligere et molestare praesumpsistis: eamque liberam et sanam, et sine ulla laesione animae et corporis in posterum permittatis: ut mante et corpore pariter expedita liberam servitutem sui exhibeat creatori. Qui vivit.

Aspergat eum aqua benedicta.

Psalm. Levavi oculos meos in montes etc. ut supra⁷⁰.

V. Dominus vobiscum etc.

Sequentia S. Evangelii secundum Marcum. In Illo tempore dixit Jesus discipulis suis: euntes in universum mundum [...] et bene habebunt. R. Laus tibi Christe⁷¹.

Det infirmo librum osculandum dicens:

Evangelica lectio sit tibi salus et protectio.

Iterum adjuro vos daemones maligni per Deum + omnipotentem, qui divisit lucem a tenebris, ut sine mora amoveatis omnia nocumenta ab hac creatura Dei,

⁷⁰ Jest to Psalm 120 (121).

⁷¹ Jest to fragment Ewangelii św. Marka 16,15—18 zawierający polecenie nauczania i uzdrawiania chorych w imię Chrystusa.

et ipsam sine laesione reliquatis Adjuro vos per gloriosum nomen D. N. Jesu + Christi, qui aeternaliter a Patre generatur; ut protinus recedatis, et non amplius appropinquetis huic creaturae Dei, ad ei inferenda aliqua maleficia. Adjuro vos per virtutem Spiritus + Sancti paracliti, qui in flamma ignis super Apostolos descendit; ut sit quid ad destructionem hujus creaturae in signum positum sit, illud statim amoveatis, et ad loca arida et in habitacula doportetis.(!) Praecipio etiam vobis ex parte Dei, ut nullum deinceps usurpetis audaciam obsequendi maleficis hominibus, ad nocendum huic creaturae: et omnia quae posuistis ad laedendum valetudini ejus protinus destruatis. Et sicut per beatos Apostolos Petrum et Paulum ad nihilum redactae sunt incantationes factae per Simonem Magum: ita autoritate Dei omnipotentis dissolvantur omnes sortilegae artes, praestigia et philtra huic creaturae fabricata. Demum adjuro vos per virtutem Crucis + D. N. Jesu Christi, qui descendens ad inferos devicta potentia vestra animas SS Patrum inde extraxit; ut remoto dolo et omni obstinatione destruatis seu tollaris omnem malignam fascinationem ab hoc famulo Dei: omniaque nociva corpori ejus ingesta educatis per illam viam, quae sit magis expedita absque laesione corporis et sanitatis ejus. In virtute D. N. Jesu Christi, qui venturus est judicare, et vos in baratrum abyssi dejicere. Amen.

Iterum aspergatur aqua benedicta.

Psalm. Eripe me Domine ab homine malo: a viro iniquo eripe me⁷².

Eripe me de inimicis meis Deus meus: et ab insurgentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem: et de viris sanguinem salva me.

Quia ecce caeperunt animam meam: irruerunt in me fortes.

Intende animae mae et libera eam: propter inimicos meos eripe me. Gloria Patri etc.

V. Dominus vobiscum etc.

Initium S. Evangelii secundum Joannem. In principio erat verbum etc. *ut supra*⁷³.

Det ei librum osculandum dicens:

Verba S. Evangelii sint dissipatio omnis maligni consilii.

Exorcismus. Exorcizo te N. corpore infirmum, per Deum + vivum, per Deum + verum, per Deum + sanctum. Per Deum, qui primo de terra creavit, et postea Satanae fraudibus perditum pretioso sanguine suo redemit, ut effugiat atque discedat a te omnis phantasia, nequitia ac versuria diabolicae fraudis, omnisque spiritus immundus, adjuratus per eum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et seculum per ignem.

⁷² „Psalm” ten stanowi kompilację dostosowanych treściowo urywków trzech różnych psalmów. Wiersz pierwszy pochodzi z Psalmu 140 (139),2, trzy następne z Psalmu 58 (59),2—4, zaś ostatni wiersz wzięty został z Psalmu 68 (69),19.

⁷³ Jest to przytaczany już prolog Ewangelii św. Jana 1,1—14.

Et tu maledicti Satana, qui huic famulo Dei per quoscunque vel quomodocunque laesionis aliquid intulisti, recognosce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo et vero: da honorem Jesu Christo Filio ejus: da honorem Spiritui S. Paraclito: et recede ab hoc famulo Dei, destructis omnibus, quae per te vel ministros tuos in malum ejus fabricasti. Imperat enim tibi Deus + Pater Imperat tibi Deus + Filius. Imperat tibi Deus Spiritus + Sanctus. Imperat tibi Majestas + Christi. Imperat tibi Sacramentum Crucis ejus. Imperat tibi omnes coelestis exercitus. Recede ergo maledicte ab hac creatura Dei, eamque liberam et securam relinque. Non obstantibus quibuscunque virtute, potentia et conditione constantibus.

Adjuro vos igitur daemones infernales, cujuscunque generis, praesentes et absentes, vocatos aut invocatos, adjuro vos, inquam, per eum, qui in Isaac est immolatus, in Joseph venundatus, in agno occisus, et in homine crucifixus: ut remota diabolica fraude vestra quantocius recedatis, nec ullatenus creaturam istam molestare valeatis: nec in corpore nec extra corpus: nec per visionem, nec per terrorem: neque de die, neque de nocte: nec dormiendo, nec vigilando: nec comedendo nec bibendo: nec aliquod spirituale aut naturrale opus faciendo. Aliter infundo vobis omnes maledictiones, excommunicationes et poenas tormentorum, atque detrusionem in stagnum ignis et sulphuris, per manus inimicorum vestrorum: Sancta Trinitate jubente, Michael Archangelo exequente.

Nam si te nemini aliquo vinculo praecepti innodationis, suffragii, artis aut facturae ad quemcunque perversum finem et effectum compilato et fabricato: sive in verbis, herbis, lapidibus, aut elementalibus: aut in nominibus magni Dei aut Angelorum: sive in horis, diebus, mansibus aut annis superstitione observatis: cum pacto expresso aut tacito, etiam juramento firmato: omnia illa irri + to, annul + lo et de + struo: per omnipotentiam + Patris, per sapientiam + Filii, per bonitatem + Spiritus Sancti. Per eum qui + est, qui + erat, et qui + venturus est: Omnipotens, Hagios, Otheos, Ischyros, Athanatos, Tetragrammaton, Jehova, Alpha et Omega.

Recedite igitur maledicti Diaboli cum omnibus maleficiis vestris. Et sicut fumus jecoris piscis combusti dictande Raphaelae spirituum a Sacra fugavit; ita exorcismi, adjurationes et benedictiones istae expellant vos, ut non audeatis ultra accedere ad creaturam istam insignitam (*faciat crucem in fronte eius*) signo S. crucis. Quia mandatum meum non est meum, sed ejus qui missus est a sinu Patris, ut opera vestra destrueret: nobisque dedit potestatem ad gloriam suam et utilitatem fidelium vobis imperandi; prout imperamus et praecipimus, ut non audeatis ultra accedere. Per Christum Dominum nostrum.

Aspergat aqua benedicta, et postea imponat manum super caput ejus⁷⁴.

⁷⁴ *Libellus*, Toruń 1691 s. 273—286.